



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

XII. Quâ ratione ineundus mortalium peccatorum numerus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

poterit ea, de quibus solo scrupulo ex
leui, neque rationabili suspicione
angitur.

NVM : XII.

De ineundo mortalium numero.

Est omnino hic numerus expri-
mendus ; longus, fateor, & per-
molestus labor, præsertim in iis, qui
pridem non sunt confessi, & scatent
peccatis : nam longam illam telam
retexere, & tot nodos dissoluere,
quâd difficile pœnitenti, tam mole-
stum Confessario. Euolues tamen
quantum poteris, si mathematicè non
poteris, coniicies saltem circiter, plus,
minûsue ; prout & ipse pœnitens com-
putabit : quâd in re monendum est, vt
nonnihil pensiculatim numeret, bonâ
fide, & certa certò, dubia dubiè re-
censeat. Quòd si res tot, tamq; variæ
sint implexæ ; vt ne quidem probabi-
lem numerum designare possit : vtere
tu artificio, vt summam conficias : in-
quire, quoties circiter , aut plus, mi-

E 7

nûsue

110 *Institutionum Pastoralium*
nūsue intra mensē, hebdomadāmū
solitus sit, & quando opus est, (vt fere
sit in peccato luxuriæ) quibus cum
personis, modis, circumstantiis, quan-
do hæc speciem peccati mutant: nam,
quæ tantūm imminuunt, aut aggra-
uant inter eandem speciem, censem
boni Theologi, nihil opus esse enu-
cleatiūs explicari, præsertim in ista
rerum confusione, aut in materiâ lu-
xuriæ: vbi nimia diligentia pericu-
loſa.

N V M: XIII.

*De Confessionis interruptione, & di-
mī-
diatione.*

CVm cœperis audire confitentem,,
perge, dum absolueris, nisi rati-
nabilis causa interruptionem aliquam
suadeat: parum, pro nihilo est; plus
moræ conceditur, si infirmus euocet,
si persona illustris in loco interpellat,
& res vrgeat, de quâ monendus est
poenitens, ne offendatur. Subinde et-
iam recedendum tantisper, aut diffe-
rendum